



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Religiosus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)


Provincialis electio in locum demortui.



Mortuo Provinciali in partibus longinquis ac remotissimis, potest alius ejus loco eligi, dū alius per Generalem Præpositum mittitur. Paulus III. pag. 14.

Non utantur Nostri hoc privilegio: sed ubi opus erit, sequantur, etiam extra Europam, quod IV. Congregatio generalis prescripsit Can. 22.

Vide verbo *Indulgentia*. §. 10. & verbo *Notarius*.



QUARTA.

Vide verbo *Exemptio*. §. 5.



RELIGIOSUS.



Motu proprio, certaque scientiâ, ac de Apostolicæ plenitudine potestatis, declarando statuit ac decernit Gregorius XIII. non solum eos, qui in Coadjutorum formatorum, sive Spiritualium sive Temporalium, Societatis gradus & ministeria admittuntur, sed & alios omnes, qui in ea
bien-

biennio Probationis peracto tria, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, vota publica, licet simplicia, emiserint, emittentve in futurum; verè, & propriè Religiosos fuisse, & esse, & ubique semper ab omnibus censeri & nominari debere, non secùs atque ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum Regularium Ordinum Possessos. pag. 66. adjunctà novâ ejusdem Pontificis confirmatione pag. 77. & seq.

Vide verbo *Vota*.

RELIQUIÆ.

Facultas Reliquias mittendi ex Vrbe.



Offunt Nostri mittere Reliquias extra Urbem pro consecratione altarium. Concessum est Minoribus, vivæ vocis oraculo, ab Alexandro. VI. ut inter ejus Oracula in Bullar. Regul. §. 4. Ceterùm vivæ vocis oraculo concessit Pius V. ut quas reliquias ab amicis habere possumus, absolutè extra Urbem fas esset mittere. Habetur in vivæ voc. orac. pag. 46.

Nemo hac facultate utatur sinè speciali licentia Præpositi Generalis.

RE-